VLADISLAVS

IV. Dei grã Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Livoniæ Smolensciæ Czernichoviæq; necnon Suecor. Gothor. Vandalorq; hæreditarius Rex
Significamus præsentibus literis Nostris quorum interest Vniversis & singulis. Quod cum Generosus sincere fideliterq; Nobis dilectus Christophorus ab Houwalt, an
te hac sub Regni Sueciæ Serenissimiq; Saxoniæ Electoris auspicijs, ob singularem suam, plurimis præclare gestis comprobatam Virtutem, bellicaq; rei insigne
peritiam, ad summas, ut pote Generalis Excubiarum Præfecti Commendatorisq; Exercitus, dignitates promotus, ex inde vero per Splem Magistratum Civita
tis Nræ Gedanensis, sub Annum [illegible] DC.XXXV. Statu Reipub: præsertim Terrarum Prussiæ tum [illegible] & ad bellum quam pacem procliviori, prævio Con
sensu Nostro vocatus, certa deinceps Capitulationis vigore in militarem eiusdem Civitatis Nræ Commendatorem, ad dies vitæ assumptus constitutusq; existens, ta
laudabiliter hoc munere defunctus [illegible] hactenus, ut præter devotum Nobis obsequium, omnem in promovendis prædictæ Civitatis Nostræ, quà publicè, quà priva
tim commodorum & securitatis rationibus promptè impenderet fidem, studium, sollicitudinemq;. His [illegible] de causis & Nos pro Regio innatoq; prorsus erga quos
vis Viros fortes affectu Nostro, præmemoratum Generosum ab Houwalt, satis quidem propria Virtute iam clarum, & ad summos honoris gradus per heroica facta evectū,
non solum in hoc ipso, quod nunc summa cum laude gerit, Commendatoris dictæ Civitatis Nræ militaris munere, Capitulationisq; prænominata, quam præsentib
hisce in omnibus clausulis & contentis approbamus, confirmamus & ratificamus, liberè & impræpedite [illegible] ad dies vitæ conservandum. Sed ut & in posterum tan
tò efficacius habeat incitamentum Nobis Reipub: Civitatiq; Nostræ Gedanen: debita fidei, contra quosvis hostes obsequia & officia redden: maioribus præterea
incrementis exornandum, demandandumq; Nobis benignè suscepimus. Proinde ex speciali gratia Nostra [illegible] præhabito maturo consilio, & de certa scientia Nrã,
eundem Generosum ab Houwalt in Cameræ familiarem Collonellumq; Nrum, adsciscendum, cooptandum [illegible] declarandumq; censuimus, uti quidem adsciscimus cooptam.
[illegible] præstito Nobis & Reipub. dum & quando [illegible] fidelitatis iuramento, obstrictus sit in casu belli
ante omnes alios Duces vel Colonellos, unam vel plures Legiones Nationis Germanicæ, prævia in [illegible] ex Thesauro Nostro sive Regni, pecuniæ sufficientis
subministratione, locorumq; delectu agendis opportunior destinatione colligere, sub signa reducere, & in [illegible] contra quosvis Nostros & Reipub. hostes, sive
tuam sinceramq; Nobis & Reipub. navare operam, nullius tamen iussis aut mandatis præterquam Nostris sive Generalis Exercitus Nostri Ducis obtemperare
tenebitur, quo respectu etiam dicto Generoso Christophoro ab Houwalt, certam Pensionem florenor. polon. [illegible]rum Millium ex Camera Portorij Nostri Gedanensis
assignamus pacis quidem tempore [illegible] quandam percipiendamq; sub Expeditione tamen bellica, dummodo [illegible] ei personaliter interfuerit, augendam, & iuxta peculiarem
Capitulationem pro rei exigentia determinandam. Sin autem videbitur eidem Generoso ab Houwalt, S[illegible] Nrõ & Reipub: per Dei gratiam etiamnum quieto, vel in
Ducali Prussia bona terrestria emere [illegible] domiciliumq; figere, sive externi alicuius Principis vel Reipub: [illegible] nulla Nobis intercedit hostilitas, castra sequi, id ei per
mes liberum & permissum esto, donec [illegible] Nostris sive Civitatis Nræ Gedanen: literis, periculo belli imminente tempestivè revocatus fuerit. Quod ipsum ad omnium
præsertim vero & respective Marschalcorum Curiæ Nræ notitiam deducentes, serio præcipimus ac mandamus [illegible] præfatum Generosum ab Houwalt Cameræ familiarem
Colonellumq; Nrum ex nunc in posterum pro tali habeant & agnoscant, omnibusq; iuribus immunitatibus [illegible] prærogativis ac Privilegijs Cameræ familiaribus Colo
nellisq; Nris de iure vel consuetudine concernen: liberè uti frui & gaudere sinant, nec eum in usu illor. ullo modo præpediant. Pro gratia Nra & obsequior. suor. debito.
[illegible] Anno [illegible] M.DC.XLVII. [illegible]